



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.4. Concordia prædestinationis diuinæ cum tua libertate, coma est nigra sponsi: non à te requiritur illam intelligere sed credere, & bene operati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

Comparari: his verbis Christum delineat Redemptorem nostrum. Caput illius, eius est divinitas: *Caput Christi Deus*. Caput hoc infinita scaturit & immensa sapientia, ex eo capilli nascuntur divinatorum decretorum. Quidquid Deus determinat, ex infinita eius procedit sapientia: nulla ab ipso manat resolutio quæ non sit sapientissima & prudentissima, tamque confusa ut sit infallibilis & seposito omni dubio suum fortietur effectum: *Vino ego, quia omnia voluntas mea fiet*. Idcirco ait, comas illius esse elatus seu ramis similes palmarum: palma victoriam præfert; etenim contendat mundus universus omnes suas vires impendere, ut vel minimum evertat seu impediat Dei decretum: certum est, quod frustra laborabit: *Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in celo & in terra, & in omnibus abyssis*. In sublimiorum, in medio terra & in ipsius abyssis. Hoc tibi certo perscriseras decretum factum de prædestinatis futurum infallibile, & quantumlibet diabolus, mundus & caro illos conentur evertere, effectum habebit indubitatum. Hoc Christus in Evangelio declaravit, locutus de prædestinatis, eius scilicet martibus eriptendam fore neminem: *Nemo rapiet eas de manu mea*.

S. 4. *Concordia prædestinationis divina cum tua libertate, coma est nigra sponsi: non à te requiritur illam intelligere sed credere, & bene operari.*

9 **A**TIUS hæc verba considerando ni fallor vult Spiritus Sancti, hoc symbolo profundissimum nobis Sancti Theologie declarare mysterium, in quo submersa perierunt plura ingenia tam Philosophorum, quam fidelium. Sunt capilli eius sicut palmae cretæ *Elata palmarum*: quod dicit similes esse palmis significat id quod diximus, nimirum, quod Dei cogitationes, decreta & definitiones absolute suam sint habitura effectum, & cum victoria fiat perficienda. Dicendo quod sint elata, insinuat, quod iusta sint, suam cuique inservantia, ut nec torquent, nec iniuriam alicui irrogent creaturae, nec vim inferant, sic ve consistans semper firmaque maneat illa Sancti Tobitæ confessio communis in ore Sanctorum omnium: *Omnia iudicia tua iusta sunt*. Quia verò intrinsecam naturam suam habet homo libertatem, non eam illi Deus per sua decreta

seu definitiones adimit, nec punctum quidem, aut atomum ab ea tollit: ita ut nullam factam libertati violentiam, nullam vel in minimo iniuriam, Deus faciat quodquid voluerit, quomodo, quando, & quo tempore sibi bene placuerit.

Hæc est illa præcellsa magnitudo, quam ponderat sapientissimus ille amicus Iob Baldad Sabites: *Potestas & terror apud eum est, qui facit concordiam in sublimibus suis*. Potestatem pollet Deus tantam ut terrorem incutiat, & concordiam in sublimissimis pariat gratissimam. Niat Cardinalis noster Caietan, verbum illud *Potestas* non solum in Hebræo significare potestatem in habitu, sed etiam in actu quod, exequitur suam potestatem, & facit quæcumque voluerit, ita ut stuporem generet vehementem, hoc enim est *Terror*: & hoc adeo præcellare, ut ad concordiam sublimissima quæque reducat, quæ videbantur maxime distantia, nec posse pariter congruere sibi que convenire. Nonnulli interpretantur eum hoc dicere, propter ordinem hunc caelorum: qui cum tanti sint, tamque varii, atque motibus incedat contrariis, & cum ille quo motu primi mobilis agitantur quotidie, sit de oriente in occidentem, singuli tamen eorum cum illo motu progrediantur suam perficientes propriis contrario de occidente in orientem, luna versus mensis spatio, sol unius anni & reliqui suis temporibus. Alij vero arbitrantur quod ternonem inferat eius, quod quotidie experimur: etenim aere & vaporibus in regionibus istis sublimioribus & excellentibus inter se decertantibus & tantas excitantibus turbationes, quales patet in tonitru, fulgure, ignitisque radiis, Deus suam illis adiciens manum revocat in concordiam & pacem, ita ut qui terram tremore percellerant, in pluviam mutentur operam & frugiferam, in plentes illud quod David divina omnipotentia iubeat decantare: *Fulgura in pluviam fecit*.

Congrua sunt hæc interpretationes, verumtamen arbitror alius hic quoddam à tanto viro intimari mysterium. Maxima sublimia quæ sunt esse possunt & intelligi, sunt libera Dei voluntas, libera similiter creaturae rationalis voluntas. Præclarior rerum excellentia in libertate consistit: nam tanto sublimior est quisque, quanto liberior & sui ipsius, suarumque actionum Dominus independentior: nec non cui minor potest inferri violentia. Hæc est illa altitudo Dei, sublimitas, ut in operibus suis sit

nationem non tollit homini libertatem.

Iob. 25. 2.

Pf. 134. 7.

11. Duo sublimitas Dei et hominis libera voluntas.

ita liber & potens, ut faciat quidlibet, quomodo libet, quando libet: *Qui dominatur in virtute sua in aeternum*: psallente David, in omnibus procedit, agit, & facit ut Dominus absolutus pro voluntatis suae beneplacito. Sublimissimū in homine est hęc libertas illi à natura ingentia, voluntas adeo libera & Domina: ut nulla vincat creatura, quæ vim valeat eius inferre libertati; sed nec ipse Deus, totā licet potentissimus omnipotentia: sicut probat Theologia Primæ, D. Thom. atque ex illa parte principaliter homo dicitur creatus ad imaginem & similitudinem Dei: quia suarum Dominus est actionum, ut idem D. Thomas a. exponit iuxta doctrinam D. Damasceni, b.

O quam sublimia sunt hęc, Dei libera voluntas, & hominis libera voluntas, quis efficiet ut sibi conveniant? Determinavit ab æterno Deus liberā suā voluntate hoc quod ageret & operaretur in te, & per te: quod tali tempore nasciturus esses, totæ annis viveres, ista opera bona faceres, vel omneres; quod hęc & illa mala faceres: quod moreretur in gratia, & saluaretis, vel vitam tuam in peccato terminares & damnaretis. Ingredieris tu, & te statuit in mundo, atque tibi: age secundum tuam liberam voluntatem; *Posuit hominem in manu consilij sui etc.* Quæro: homo potestne illud non facere, quod Deus scivit & determinavit ut veller, vel non? Si non potest, admissi illi libertatem. Si potest: ergo potest invertere & impedire Dei decreta. Ecce hic mysterij profunditas, quam perferutari non poterunt illi, quos mūdus, viros admiratus est eruditissimos.

Incipit Cicero (teste D. Aug.) hoc pelagus intrare. Si Deus præscivit & determinavit, quod illud futurum esset, quod ego facio: vel possum hoc omittere, vel non? si possum hoc non facere; ergo possum Dei sententiam reddere falsam & inane voluntatis eius decretum. Si non possum, ergo non sum liber. Cum fundum humanus non posset rimari peragi, nec hęc adeo sublimia reddere sibi convenientia, submersus est, in falsam proferens sententiam dicendo, Deus nec disposuit, nec determinavit, sed nec scivit quid in mundo futurum esset. sed statuit homines in eo, ut faciant pro libera

sua voluntate: *Ut homines faceret liberos* (inquit D. Aug.) *facit sacrilegos*: Illis a deo excrandam in Deum persuadens blasphemiam, quæ posset illis suā conservare libertatem: nesciens

qualiter faceret concordiam in duobus his sublimibus, in præscientiā scilicet Dei & decreto, atque hominis libertate, idem conigit hæreticis & elagianis in materia de auxiliis diuinæ gratiæ, sicut prosequitur idem D. Aug. cum enim non possent componere efficaciam gratiæ quæ Deus mouet, determinat & nostram adiuvat voluntatem, cum eiusdem libertate: ne hæc tollerent, illam negarunt, dicendo: quod omnia nostræ reliquæ voluntati, & quidquid agimus eiusdem viribus fieri: quia, capere non poterant, quomodo hæc duo possent sibi convenire. Quinimo etiam nostro sæculo idem euenit hæreticis Lutheranis: non enim intelligentes quomodo hæc sibi possent convenire, concedendo in omnibus diuinæ voluntatis efficaciam, nostræ negant liberum arbitrium.

Hoc autem docet fides Catholica: voluntatem in Deo esse efficacem, & liberam hominis voluntatem: hæc etenim est permagna Dei potestas, qui concordiam adeo præclaram efficit inter diuinam suam & liberam voluntatem, & nostram: etenim sine dubio infallibiliter in nobis, & per nos fiet illud, quodcumque ipse determinavit & voluit, & vult pro libera sua voluntate, nostram suam adeo perfecte seruando libertatem, ut nollentus illis vis inferatur aut violentia. *Qui facit concordiam in sublimibus suis*. Notandum illud: *In sublimibus suis*. Perpende mysterium Incarnationis, quod heri infinitaumus: qualem concordiam fecerit inter duas illas naturas suas sublimes: diuinam & humanam: ambas etenim vnio in vno eo: sequi; supposito, cuique suas seruando proprietates: ut nec puncto quidam vnadinuerit alteram; gloriam Dei & hominis penas Dei diuitias, & hominis paupertatem, Deitatem & mortem hominis: *Salua igitur proprietate utriusque nature* (sic D. Leo Pontifex) *insuscipitur maiestate immortalitas, à virtute infirmitas: ab immortalitate mortalitas etc.* Et tanto fœdere utramque naturam conseruit, ut nec inferiorum consumeret glorificatione, nec superiorum minueret assumptio.

Qui hæc effecit inter duas vitas sublimes naturas concordiam, hanc quoque facit inter duas istas liberas voluntates; ita ut non dimiquat potestate in vna, nec libertate in altera, sicut effectus illi quos Deus determinavit & prædefiniuit. Nosti tu arboris rācum tantā dexteritate colligere: ut quamuis illum possis cum violentia dirumpere, non tamen facis, sed illū illaxum, in seclis quomodo, & vbi cumque vellis

Pf. 65. 7.

1. 2. qu. 10 ar. 4.

2. 1. 2. in prolo

b. Lib. 1. Orithod.

id. e. 12.

Ec. 15. 14

III. Obiectio Cicero- nis,

D. AVC. Lib. 4. de Ciuit. 2. 9. 10. 10.

10. D.

IV.

Quid de hoc fides doceat Catholica.

D. LEO. Ser. de Natiuit.

V. Similitudo.

velis sic vt illum nec in cortice latus : & non non poterit Deus , nec sciet seruata libera voluntatis tux integritate illam inclinare & inflectere in hanc vel illam partem quomodo sibi placuerit seruata eius libera , & naturali libertate : Recordare tibi Moyfi in quo hęc vnio vehementis ignis viridisque rubi facta legitur : vt nec ignis consumeret eius virendem , nec eius viredo tolleretur vel diminueretur efficacem ignis astititatem : Nouit enim Deus ipse que solus est qui potest has facere concordias. Non intelligit Moyfis mysterium cui dicitur, *Salue calcamentum de pedibus tuis & faciem tuam obnubila* : quatenus ad tanti mysterij accessus visionem. Oculos tibi intellectus tui contege, & tuorum calcamenta tolle disertum : non enim hoc est negotium , quod tibi videndum, sed credendum esse precipitur. Certe hoc crede mysterium : non enim inter minus difficultia nostra fidei sacramenta numeratur : imo potius tantum hoc semper fuit, vt sapientissimos Ecclesie coegerit sua submittere iudicia & intellectus suis renouare rationum acuminibus, soli que fidei adherere doctrina: sicut D. August. D. Hieron. D. Prosper. Aquitan. PP. Concilij Milenitani & Arascani tractando, dicendo & scribendo de concordia diuina pręscientie & prędestinationis cum libero arbitrio, & de concordia efficacia diuina gratie cum humana libertate.

VI. Allegoria de rubo Moyfi.

Exed. 3.2.

Epist. 109 ad Sixtū post med. Ep 106 ad Paulin ad med. Ad Rom. 11. 32.

VII. Minora Dei non intelligimus quanto minus sublimiora.

Et quid miramur (inquit D. August.) quod sic nos ipsi agamus: quando quidem D. Paul. idē egerit, seipsum expediens & hanc difficultate nō sciendo dicit: *O altitudo diuinarum sapientie & scientie Dei*. &c. Concordiam quam Deus facit in sublimibus capere non sufficit, sicut nec illam quam facit in tot membris, corde, visceribus, oculis, & alijs partibus in musca vel in culice: illam non capis, quam apes consueunt in suo auerari: tantis tamque variis mansuetolis, & alijs rebus inferioribus, qualiter igitur intelliges quam facit Deus in sublimibus suis? Redige in captiuitatem intellectum tuum in obsequium fidei, confessionis, & doctrina Ecclesie, & si hoc minimē intelligas, saltem crede: hac etenim de causa postquam crines illi descripti sunt sub simbolo clatarum palma, tibi dictum est, eorū esse nigerimos id est obscuros & difficiles, vt impossibile sit illos penetrare & perstruari. Hoc ait Diu. Paul. *O altitudo diuinarum sapientie & scientie Dei*: Dei capat nos scit vacuū, sed immensa ple-

nū sapientia, atq; ex eo procedunt capilli suorum decretorū, iudiciorum, prędeterminationum, & perfectionum. Ecce quam nigri sunt hi capilli: vt sint inuestigabiles, & incomprehensibiles, nigri quasi cornuū quid dixeris sicut pix, vel sicut sardonix vel sicut carbones: sicut hęc declarauit quā denigrata essent altorum facies: *Denigrata est facies eorū super carbones*. Nequaquam, se tamen cornuū cui propriū est rostro sapere & expungere oculos apertissimos, qd sunt Dei cogitationes & decreta ateo profunda, vt oculos caufferint illis qui illa suo voluerant obtutu perstruari, suoque perstruari ingenio : quoniam *Scrutator masculatus opprimetur à gloria* : Fixis tu oculis radios contemplantare clariores à sole dimanantes, & visum amittes oculorum, hecque cecus.

Tör. 4.3

Pr 25.17

Prudentissimum dedit nobis Spiritus S. consilium : *Altiora te nō quaeris, & fortiora te nō scrutatus iueris, sed quę tibi pręcepit Deus, illa cogita semper*. Et in pluribus operibus eius nō suavis curio us. Ne volueris manū extendere ad te ne ea quę sunt altiora, quā quę tua possint brachia pertingere. Si quis vellet seipsum attollere vt stellas apprehenderet & saltus attollendo brachium ad illa capiendā: quid de illo diceret? Ne scrutaris, ne penetrare velis, ne conneris vngues illi inire, quod tuis est viribus inæquale. Si quis vngues rupi velit inire, conatus illam apprehendere & ad profundū eius penetrare, quid diceret? suus ille se saltibus dirumpet & alter vngues sanguine laceros intriget; ne credideris quantum in altum salias, quod intellectus tuis manibus apprehensorus sis diuinorum sidera decretorum, quę diuino eius capite comprehenduntur. Ne volueris vngues inire diuinis illis consilijs & determinationibus ipsa rope fortioribus, quandoquidem illa nemo possit inuicere, & si egeris, indubie interibis, intellectus obstupescet, iudicium reddetur insipiens & in amentiam incidet. Hoc ad litterā indicat Spi. S. *Cogitatus pręscientia auertit sensū*. Si quis cogitare voluerit quid Deus diuina sua decreuerit sapientia & inuestigare vtrum hoc ibidem sit conclusum vel contrarium, sui patietur naufragium intellectus. Quot vidimus his cogitationibus lapsos in amentiam? Quid igitur, Domine mi, recogitabo? Subiungit: *Quę tibi pręcepit Deus, cogita semper*. Attende diligenter quid tibi pręcipiat: & sedulus sis vt sanctissimā eius simplicitate, & hęc tua sit perpetua sollicitudo: an

II. 21

Eccl. 22.

VIII.

Altiora

Scrutaris

IX.

Similitudo.

Eccl. 31. 2.



facio vel non, quæ mihi Deus inlunxit, an san-
ctæ eius legi obedio, vel non; an statuta mihi
custodio, vel non. Hæc primaria sit tua cura; ab
ea namque te pædet saluationis vel condem-
nationis effectus; & quod liber sis & in tua sit
manu vel saluare te, vel tecondemnare.

Sanctissimi pariter & doctissimi viri, D. Hil.

*Haben-
tur Io. 7.
Aug.
antelib.
de prad.
ss.*

Arclat, & D. Prosp. Regien. Antifistes suas D.
Aug. scripsere litteras, illi dicentes: quod id,
quod in operibus suis scripserat de mysterio
prædestinationis & reprobationis, non leue
moleis intulisset damnum: quandoquidem sin-
guli dicerent: si præscitus sum, ut quid me mor-
tifico: quandoquidem quidquid egero ad tarta-
ra sim deuoluendus? Si prædest. natus sum, ad
quid me torqueo & occido, ut de peccato re-
surgam: cum certum sit me saluandum iri? Re-
sponder illis D. Aug. librum componens q. em
inscripsit *De prædestinatione Sanctorum*: At-
que rationes illas proprias esse hæreticis Pela-
gianis, qui confiteri volebant necessitatem &
dependentiam à diuinâ gratiâ: sed docebant
omnia nostris esse viribus tribuenda, quodque
in eis tota nostra comprehenderetur vel salua-
tio vel condemnatio. Vah! non tolerandam
nequitiam (inquit D. Aug.) diuinæ potentie, &
maiestati tuam submitte intellectum, nec iudi-
ciorum eius secreta perferutare, & hoc attende
quod teste Apost. tibi nullam faciet iniuriâ: li-
cet de te faceret quodcumq. velle: sicut nec si-
gulus luo infert iniuriam quando ex illo vas
format mensæ proprium, vel secretis paratum
obsequiis: præsertim cum Deus tuam non sta-
tuerit saluationem vel condemnationem in eo,
quod scias an prædestinatu. sis vel reprobatus,
sed in legis suæ custodia vel transgressione.

*XX.
Respon-
det D.
August.
obiec-
tionibus.*

*Ad Rom.
9. 20.*

Hoc semper tibi est obseruandum & de hoc
te monere voluit qui tibi dixit: *Deus ab initio
constituit hominem & reliquit illum in manu
consilij sui. Adiecit mandata sua & precepta
sua. si volueris mandata seruare & conserua-
bunt te &c. Apposuit tibi aquam & ignem, ad
quod volueris, porrige manum tuam. Ante ho-
minem mors & vita: bonum & malum quod
placuerit ei dabitur illi quoniam multa sapien-
tia Dei.* Omnia verba hæc notatu sunt dignis-
sima, Diuina sua decreta, & voluntatis suæ de-
terminationes tuis oculis Deus non obiecit ex-
aminanda, nec manibus tuis euerienda vel com-
mutanda. Cæterum te liberum permittit, ut agas
pro beneplacito tuo: ætænam quoque gloriam &
vitam æternam tibi ex vna parte proposuit:

*XI.
Homo in
actioni-
bus suis
est liber.
Ec. 15. 14*

& infernam, pœnam æternam mortemque
perpetuam ex altera: hoc tuis commisit ma-
nibus, illas extendere ad quodcumque libue-
rit: etenim certum est *Quoniam multa
sapientia Dei.* Nouit autem nec iustum fore
largiri tibi præmium, nisi illud merearis: nec
supplicium pœnamq. infligere, nisi bene merito.

Sapius mecum cogitauit, quod numquam ho-
mines in actionibus suis dirigant se & guber-
nent, eo quod cogitent, quid Deus in sua de-
creuerit æternitate: sed ex eo quod ordinauit,
ut quisque agit & uultis recordatur præscien-
tiæ atque æternorum decretorum in his, quæ
aggreditur: tantummodo mediis studet sta-
tuendis ordinariis, & quas possunt, adhibet
diligentiam. Numquam dixit agricola: regere
me volo ex decretis Dei, atque ex resolutioni-
bus, quas ab æterno determinauit. Iam ipse
conclufit & nouit utrum hoc anno messem sim
collecturus, an non: si determinauit mihi
messem opulentam, indubiè futura est. Sin au-
tem minimè, licet me frangam laboribus, nec
granum quidem sum collecturus: sed gubernat
se secundum id, quod Deus illi determinauit:
amice si prouentum optes tæcidiorem, semina
& esto securus: nisi etenim seminare terram
quæ coleres, prouentum non colligeres & iuxta
cultus, rigationis, & arationis studium, erit
& prouentus epulentis.

Nallus eorum, qui dignitates ambiunt & ho-
nores: nullus mercatorum auri cupidorum, sua
disponit, vel in suis negotiis diuinis attendit
determinationibus, nec alius proximo dicit: si induc-
tione decreuerit Deus ut ditescam: indubiè ditescam:
sed quisque manus suas aperit operi, (a) (a) *Se
& præciam adhibet diligentiam, quæ quod esse
præcendit, assequatur. Si tibi decerem, Domi-
ne, relinque sermone ista aperta quibus
tuos conclusisti nummos: & tu, matrona, ci-
stas gemmarum permittit ad domus tuæ por-
tam omnibus patulas: si namq. Deus ab æterno
decreuit ne perdantur, certo certius non per-
dentur, nec est qui illas deprædetur: si quoque
Deus statuerit permittere, quod illæ tibi aufer-
rantur, auferentur insalubriter: quid diceret?
Domine mi, quid mea refert, quid Dominus ab
æterno decreuerit, vel hac in redeterminari:
etenim Dei decreta me non concernunt, nec
illa mihi Deus in regulam statuit eorum, quæ
mihi sunt agenda: hoc unicuique scio: nisi
pecuniam meam sedulo seruarem, mihi di-
ripitur: & nisi gemmas cistis conclusero,
deper-*

*XII.
Homines
se non
gubernat
iuxta Dei
præscien-
tiam.*

*XIII.
Probat
determina-
tionibus,
nec alius
proximo
dicit: si
inductio-
ne decre-
uerit Deus
ut ditescam:
indubiè
ditescam:
sed quisque
manus suas
aperit operi,
(a) (a) *Se
& præciam
adhibet
diligentiam,
quæ quod
esse præ-
cendit,
assequatur.
Si tibi
decerem,
Domine,
relinque
sermone
ista
aperta
quibus
tuos
conclusisti
nummos:
& tu,
matrona,
cistas
gemmarum
permittit
ad domus
tuæ
portam
omnibus
patulas:
si namq.
Deus
ab æterno
decreuit
ne perdan-
tur, certo
certius
non per-
dentur,
nec est
qui illas
deprædetur:
si quoque
Deus
statuerit
permittere,
quod illæ
tibi aufer-
rantur,
auferentur
insalubiter:
quid
diceret?
Domine
mi, quid
mea
refert,
quid
Dominus
ab
æterno
decreuerit,
vel hac
in
redeterminari:
etenim
Dei
decreta
me
non
concernunt,
nec
illa
mihi
Deus
in
regulam
statuit
eorum,
quæ
mihi
sunt
agenda:
hoc
unicuique
scio:
nisi
pecuniam
meam
sedulo
seruarem,
mihi
dri-
pietur:
& nisi
gemmas
cistis
conclusero,
deper-**

deperdentur: proinde mea sollicitudo hoc in negotio est in eo quod ad me pertinet mihi que incumbit. Idem Spiritus Sanctus tibi infirmat Charissime missa facito Dei decretum: ut re prædestinauerit Deus, vel reprobauerit, utrum determinauerit me saluandum vel condemnandum: illa namque illi remanent, etenim ut sapiens gubernator disponit, omniaque determinat: *Altiore te ne quaesieris.* Refert autem tua, scire & attendere ius, quæ tibi præcepit: *Quæ tibi præcepit, cogita semper.* Vitam etenim & mortem tuis commisit manibus; gloriam æternam pœnamque æternam tibi apposuit eligendam; *Ad quod volueris porrigere manum tuam.* Hoc autem non te fallat, quod si damneris, culpa tua damnaberis, nam veritatem tibi dixit; qui hoc tibi confirmavit: *Perditio tua ex te.* Ne despondas animo, nec timeas te præcistum; nec te securum facias, credens esse te prædestinatum; hoc autem ut verum crede, quod nec saluaberis nisi volueris, nec condemnaberis nisi volueris; nec tibi Deus gloriam tribuet, nisi benemerito; nec pœnam infliget nisi tu ipse voluntarie peccata committas; atque per hoc Deus ab omni redditur querela absolurus, & tu ab omni liber excusatione.

Ad rem expendit D. Bern. illud Salomonis: *Attingit à fine vsque ad finem fortiter & disponit omnia suauiter.* Fortiter pro se, suauiter pro me. Ordinavit Deus & omnia decreuit, potissimum verò prædestinationem, & reprobationem, ut sublimia quædam, eaque tam fortiter constanterque stabiluit, ut sint infallibilia, illisque talem terminum finemque concedit, qualem ipse præcedit, ita ut nulla sit potestas, quæ decretum eius possit inuerrere, suaque priuare intentione, *Attingit à fine vsque ad finem fortiter.* De termino ad terminum, de prædestinatione facta ab æterno vsque dum illi terminum finemque imponat: *Attingit (sic D. Bern.) à fine vsque ad finem hoc est ab ortu creatura vsque ad finem destinatum à creatore.* Verumtamen suauiter dispositione, nec enim credideris, nec suspicaris Deum adeo crudelem esse, ut te sine culpa sit damnaturus, nec si tu illam nolueris committere; quodque te condemnabit nisi tu voluntarie eum ad hoc coegeris; sicut nec te saluabit, si tu non adiuues, & quantum in te est, agas quod tuum est, teque moueas diuino eius suffultu adiutorio.

Hieron. Bapt. de la Naza. Tom. III.

§. 5. Licet actus æterni prædestinationis, & reprobationis procedunt ex mera Dei voluntate: verum dare calum, vel infernum, fiet secundum opera nostra.

Declarare hoc contendit D. Augustinus ingenio sui præstantia sublimis ad instantiam sanctissimi Antistitis Simpliciani, quem hæc materia grauius angebat, scripsitque Sixto presbytero & Paulino Episcopo. Primum igitur dubium clarius exponit in casu prædestinationis Iacob, & reprobationis Esau, quos ut videtur, statuit Deus in exemplum prædestinatorum & præcistorum, estque tanta Diui Augustini subtilitas ingenii, ut ex ipso casu, ex quo dubium oritur & difficultas, quæ nullam videbatur pati solutionem, elegantem eliciat, quæ prudentia doctaque tranqillet ingenia. Voluit (inquit D. Augustinus) Apostolus Paul. declarare mysterium prædestinationis, & reprobationis in duobus illis geminis Iacob & Esau, etenim ut tales posuit illos Deus hominibus ut spectaculum, dum apud Malachiam sic ait; *Iacob dilexi; Esau autem odio habui* diuina quoque sapientia declarat Apostolus modum huius mysterii, & quare Deus prædestinauerit Iacob, Esau autem reprobauerit, verbis illis, quæ pluribus sciant Sacramenti, quam litteris; *Sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac Patri nostrum.* Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, vel mali (ut secundum electionem præpositum Dei maneret) non ex operibus sed ex vocante dictum est ei; quia maior seruit minori, sicut scriptum est; *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.*

Nec credas Simpliciane (sic D. Augustinus) quod Apostolus verbum dixerit vltum summa non vigilantia trutinatum. Pr. mo præfuerat electionem Isaac & reprobationem Ismael, quia vero polles obicere, Isaac electus fuit, quia filius fuit Saræ totius familie Domine; Ismael autem reprobatus, quia de Agar natus est ancilla; statim proponit duos alios fratres ex parte sua in omnibus & per omnia æquales, quorum vnus prædestinatus fuit, & alter reprobatus, ut hinc intelligas, quod non ad eos tota referenda sit eorum causa prædestinationis & reprobationis. Duos considera viros ex eadem progenie, familia, sanguine & parentibus, ut ne dicas, quod ille fuerit prædestinatus, quia de familia & sanguine natus est electorum, alter vero reprobatus, quia de progenie natus est reproborum.

A a a Fratres

XIV. Ex te saluaberis, & ex te damnaberis.

Of. 13. 9.

Sap. 7. 17.

D. Bern. Lib. 2. de gra. & lib. arb. post med.

12. Ed. Lib. 1. 99. ad simpli. q. 2. Epist. 105. ad Sixt. Epist. 106. ad Paulin. I. Iacob & Esau prædestinatorum sunt exemplar

Mal. 1. 2.

Ad Rom. 9. 10.